

ram nobilis, & antiqui, ac gentilis feudi. Quæ quidem Rochetta, & quod castrum, & villa Rochetta cum poderio ipsius sunt situata in Diocesi Aquensi inter vallem Burmidæ, & vallem Berbi, quibus coerent poderia Montisboni, Ronchezenarii, Caxinaschi, & Calamandranæ: Hoc modo, & forma facta est prædicta investitura per dictum Dominum Oddone pro se, & hæredes quibus supra videlicet quod prædicti D. Oddonus, Albertus, & Joannardus, & hæredes eorum, masculis tantum ex eis descendentes teneantur ipsi D. Episcopo, & successoribus ipsius, & Aquensi Ecclesiæ castrum prædictum cum omnibus prædictis in manibus eorum ponere guarritum, & disguarritum, & quum dictus D. Episcopus eum requirat, vel requiri faceret, & pacem, & guerram facere de suis personis, & hominibus dicti loci, ac exercitum, & cavalcata, & omni alia, quæ homines de Bestagno, de Tertio, de Ronchezenario, de Cavatorio, & de Castelletto faciunt, & facere tenentur pro dicto D. Episcopo, & quæ facient, & facere tenebuntur pro successoribus dicti D. Episcopi, & etiam quum dicti D. Oddonus, Albertus, & Joannardus, sive hæredes eorum eundem castrum defendere non possent ab aliquo eos molestante, & quia eisdem Dominis Oddono, Alberto, & Joannardo, vel hæredes eorum non sit licitum absque expressa licentia dicti D. Episcopi, vel successorum ipsius dictum castrum, villam, seu aliqua ex prædictis alicui personæ communi Collegio, & Universitati D. Domino Duci, Marchioni, Baroni, Comiti, vel alteri personæ, cujuscumque status, vel dignitatis, seu preminentiae existat alienare, donare, seu in testamento relinquere, vel alio modo pacisci, compromittere, obligare, sive dominium dicti castri, & omnium prædictorum, quovis modo in toto, vel in parte in alium transferre faciendi fidelitatem alteri, vel non faciendi sub privatione feudi, & omnium jurium competentium, vel quæ competere possent dictis Dominis Oddono, Alberto, & Joannardo in dicto castro, & jure, ac jurisdictione ipsius ita quod homines dicti castri, & villæ Rochetta Pellaseæ teneantur in manibus dicti D. Episcopi singulariter, & expresse fidelitatem facere de omnibus, quæ tenent super posse dicti castri, & villæ cum debito juramento, & hanc investituram dictus D. Episcopus fecit, & facit in dictos Dominos Oddonem, Albertum, & Joannardum, salvo semper in principio, medio, & fine præsentis investituræ omni jure Aquensis Ecclesiæ, & ipsius D. Episcopi, & cujuscumque alterius personæ habentis, meliora, & potiora jura dictis Dominis Oddono, Alberto, & Joannardo ad prædictam investituram dicto castro, & omnibus supradictis recipiendam a præfato D. Episcopo, vel successoribus ipsius, & ab Aquensi Ecclesia; protestatione tamen præmissa in principio, medio, & fine per eundem D. Episcopum; quod dictam investituram in dictos Dominos Oddonem, Albertum, & Joannardum facit si, & in quantum de jure melius fieri potest, & non aliter, nec alio modo. Et in casu quo reperiretur de jure fieri non potuisse dictam investituram in prædictos Dominos Oddonem, Albertum, & Joannardum per dictum

Episcopum, & ab ipso non potuisse fidelitatem recipere, quod pro infecta, ac nulla extum prout ex nunc habeatur, ac nullius sit valoris penitus, & momenti; qua investitura facta cum protestatione prædictis modis, & formis antedictis per eundem D. Episcopum in dictos Dominos Oddonem, Albertum, & Joannardum, prædicti D. Oddonis, & Joannardi suo, & prædicti D. Alberti fratris sui nomine, pro quo de rato promisit pro se, & heredibus eorum masculis tantum legitimis ex se descendentes eidem D. Episcopo suo nomine, & Aquensis Ecclesiæ, & successorum ipsius stipulanti, & recipienti fidelitatem fecerunt; ac etiam corporaliter tactis sacris scripturis præstiterunt in manibus D. Episcopi prædicti fidelitatis debitum Sacramentum. In omnibus & per omnia prout, & sicut in Capitulis novæ, & veteris fidelitatis forma noscitur contineri. Et de suis personis, equis, & armis pro dicto feudo, ac etiam de hominibus dicti loci facere pro dicto D. Episcopo, & successoribus suis, & pro Aquensi Ecclesia pacem, & guerram, exercitus, & cavalcata, & mandatis ipsius D. Episcopi, & successorum suorum fideliter obedire contra quascumque personas, Communitates, Collegia, & Universitates, ut veri, ac legitimi Vassali pro Domino suo facere tenentur, & debent, ac etiam dictum castrum guarritum, & disguarritum in manibus dicti D. Episcopi ponere, quoties dictus D. Episcopus, sui que officiales, & successores voluerint, ita quod super turrim dicti castri possit idem D. Episcopus ponere banderam suam, & de ipso castro, villæ, & hominibus, & omnibus supradictis facere ad suum libitum prout, & sicut facere potest de ceteris terris suis, & hominibus Bestagni, Tertii, Cavatorii, Castelletti, Ronchezenarii, & aliis suis locis, & licet hic, non exprimantur casus specificati in Capitulis novis, & veteris formæ fidelitatis, propter prolixitatem verborum, tamen dictus D. Episcopus, & dicti Domini Oddonus, & Joannardus suo nomine, & dicti D. Alberti eos voluerunt haberi pro specificatis, & declaratis, sicut si expresse omnes hic essent descripti, & inde prædictus D. Episcopus, & dicti Domini Oddonus, & Joannardus suo nomine, & quo supra præceperunt dictis fieri publica instrumenta per me Notarium infra scriptum, recipienda, & melioranda etc. arbitrio D. Jacobi de Landulphis de Papia Vicarii ipsius D. Episcopi, & D. Francisci Præpositi de Incisa.

Et Ego Franciscus Novello de Tertio etc.

MCCCVII. col. 273. n. 268. Ex hoc documento demonstratum horum oppidorum dominium Aquensibus Episcopis olim concessum, atque ab Imperatoribus eis confirmatum, neque sterile fuisse, neque cito extinctum, sed serius adhuc perverasse, ut clarius ex hac alia membrana Capituli legitur.

Anno Domini MCCLVIII., die Dominica III. februarii. In Castelletto Aquis presentibus testibus Nicolino Clerico de Alice, Arnaudo de Monteacuto, & Sighibauda de Seremaja, D. Henricus Episcopus Aquensis dedit in emphiteusim, sive ad factum Henrico de Albereto usque ad annos quatuor omnes proventus, redditus, & godias, quos, &